PER ILLVSTRIS
HEROI CVLTISSIMI
VIRI RVBENTI CALATRAVENSI, STEMMATE CONSPICVI.

D. D. IOANNIS DE CARVAJAL ET SANDE.

CANCELLARIÆ GRANATENSIS iam olim Cancellarij,

Poſtmodum Pintiani Senatus Præſidis,

DEMVM REGII ÆRARII PRÆFECTI Vigilantiſsimi.

Auxilium, ſibi & hiſce ex iuris Viridario aſſertionibus cupiens.

Libens, lubens obſecrat, & a ter præſide præſidium ſidenter expectat.

Lare, nec ſanguine alienus.

D. Gabriel de Saavedra Orellana.

MATRITI ANNO M. DC. LIII.

HÆſi diu (Vir Auguſtiſsimè) in pudoris, & audatiæ confinio, vt hæc litteraria, neque illitterata munuſcula tuæ celſitudini ſiſterem. Verebar ad tanti numinis aras marcentes ſpargere flores, ſed vt ſub eius amœnarentur conſpectum, pudorem, & audatiam in reverentiam compoſui. Tibi ergo hoc devincti animi munimentum deſtinavi, continuis elaboratum vigilijs, indignum tamen, vt obſequio tuo manciparem, ſed ſi quæſiſſem faſtigio tuo (ſelectioris litteraturæ Princeps) dignum munus non habeam, ſi maxime conveniens, iſtud erat, vt ſub auſpicijs tuis, præſertim ex tuorum defecata ſtirpe patrono adſtipulante, hanc Iuriſprudentiæ cuperem pugnam. Quis crederet inter tot Militum Togatorum ſtripitum, quo te vigilantiſsimum exhibes Tribunum, inter tot negotiorum molles, quæ iuſtitiæ lance diligenter expendis, expandens ſecreta cauſarum, muſas quoque noſtras in ſecretum tuum auſas intrare.

At

ACADEMICVM DIARIVM CERTAMEN IN QVO

CÆSARVM, CAII, PAPIniani, Pauli, Scæuolæ, Pomponij, Iuliani, Vlpiani, Taciti, Hiſtoriographi, & aliorum de inceſtis nuptijs, fragmenta, luſtrantur, cenſuræque anteceſſorum, examini candidatorum exponuntur publicæ iuventutis in gratiam.

A

D. GABRIELE SAAVEDRA,
Auſpicijs

Nobiliſsimi Præceptoris ſui.

D. PETRI DE VLLOA GOLFIN.

Collegij Maioris Conchenſis punicea clamide meritò condecorati, & Veſpertinæ Decretalium Cathedræ anteceſſoris.

CAPVT PRIMVM.

De nuptijs inter parentes, & filios naturali iure, Diuinoq́; improbatis.

COncubium parentis, & filiæ, matris, & filij monſtro ſimilem, qui
Fratres ſibi ipſi genuit implicitum malũ,
Magiſq́; monſtrũ Sphynge perplexũ ſua.
Non ſolum ſcripta lex, ſed etiam naturalis ratio animis noſtris diuinitus indita execratur, idque adeò, vel ex eo perſpicue apparet, quod
Feræ quoq́; ipſæ Veneris euitent nefas,
Generiſque leges inſcius ſeruet pudor.

Sen. in OEd. Act. 3. in Agam. Act. 5. L. 14. §. vnde, l. fin. de ritu nupti. Nouell. 12. l. eum qui, C. de Epiſc. & Cleric. Leuit. cap. 18. & 20.

Ariſtot. lib. 9. hiſt. anim. c. 47. AElia. lib. 4. & 5. Plin. lib. 8. c. 42. Nico. Lyr. in Matth. cap. 19.

I.

NEC Iuvat dicere, quod gentes quam plurimæ eſſe ferantur,
In quibus, & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato creſcit amore.
Quip-

Earum Catalogum texit Arnob. 8. cõtr. gent. Hieron. in Iovin. Philo. de ll. Moſ. Euſebius in præparat. Euangel. Theodor. lib. 3. & 9. de Cur. Græc. affect. Chryſoſt. in lib. de Virg. cap. 9